

Psalm. 118. Basil.

opus est occultand. 197.

4. Reg. 4.

4. Reg. 4.

Virtus data dum gloria- ter proditur, deperditur.

Liran.

Theodor.

198. August.

Humilitas custos virtutum.

ter jacare audeat, ibi iustitiam suam perdidit, & cor ipsa vana gloria foedatur. Ait Regius Vates Psalm. 118. num. 11. In corde meo abscondi eloquia tua. Eleganter D. vastilius explanat deprompta similitudine ab iis, qui divitias abscondunt, dicens: Ita & qui spirituales divitias habet, in animo suo illas abscondit, ne has per inanem gloriam praedatores animarum furentur. Ipsa enim iactantia tota virtus deperditur, & amittitur.

Plorabat Sunamitis filium suum demortuum; ob cuius lachrymas Elisaeus misit puerum suum Giezi ad eum resuscitandum. Ait ei. Accinge lumbos tuos, & tolle baculum, & vade. 4. Reg. 4. num. 29. Et ille vadens facit imperata, ponit baculum super faciem pueri, & tamen e morte non solvitur. Nunquid tantus propheta fallitur? Nunquid deficit verbo suo? qui tot, & tam gravia pronuntiaverat, quae usque ad jora fuerunt adimplera? Quomodo ergo Giezi missus cum baculo puerum non evocat ad vitam? Quando eum propheta mittebat, dixit ei: Si occurrerit tibi homo, non salutes eum; & si salutarerit te quisquam, non respondeas illi, ibid. n. 29. Ipse tamen vadens per viam condictis dicebat, se missum esse ad resuscitandum puerum; & virtus concessa, dum glorianter divulgatur, ac publicatur, deperditur, & amittitur. Rabbi Salomon apud Lyranum redens rationem, ob quam puerum resuscitatur inposito baculo: Hoc fuit, inquit, propter demeritum Giezi, non servavit praeceptum Elisaei, sed occurribat sibi hominibus iactanter dicebat, se missum ad suscitandum mortuum. Et quia Elisaeus exploratam habebat hanc propensionem Giezi ad vanam gloriam, ideo ei imposuit praeceptum, ut per viam neminem salutaret. Theodoretus quae. 17. Sciebat, ait, eum esse honoris cupidum, & causam dicturum: inanem autem gloriam fore impedimento, ni faciat miraculum.

Ideo hic tandem advorto, quod satis pie, & docte dixit D. Augustinus cap. 41. de sanct. Virg. Quod bonum, ait, quanto magnum video, tanto ei, ne peccat futuram superbiam pertimesco. Custos ergo virginitatis charitas; locus autem hujus custodia humilitas. In virtute, superbia vanae gloriae maxime pertimescenda, nam id, quod virtus tuetur, custodit, ac conservat, & humilitas, & despectio propriae praesumptionis, & arrogantiae.

QUESTIO XXVII.

Quare mundum cor requiratur ad Deum visionem?

199.

August.

Rom. 1.

2. Cor. 3.

Ephes. 1.

COR materiale, cum sit carneum, Deum videre non potest, ac proinde hoc loco nomine cordis sumitur intellectus, ut docet D. Augustinus serm. 14. de Martyribus, Intellectus elevatus Deum, videt in patria, Et frequenter in Scriptura cordi ea tribuuntur, quae sunt propria intellectus Rom. 1. n. 21. Obscuratum est cor insipientis eorum. Et cap. 10. num. 10. Corde creditur ad justitiam. 2. Corinth. 3. num. 15. Velamen positum est super cor eorum, Ad Ephes. 1. n. 18. Deus det vobis illuminatos oculos cordis vestri. Et merito, cum intellectus elevandus sit ad videndum Deum, ejus mundities hic insigniter exigitur: ubi enim praemium, ibi & meritum; & quod

ingens visionis splendor condecorat, peculiari- ter merito expoliri debet.

Primò communis Patrum resolutio hanc Christi sententiam intelligit de visione in patria, ad quam summa mundities, & puritas exoptatur, cum ibi nil pollutum, & immundum ingrediatur. Quod expendens D. Hilarius, ait: Nil pollutum, & sordidum ad occursum divinae claritatis infertur. Hic visui, & occursum Dei sunt patentes, quibus per animi nitorem, ac vitam puritatem potestas ejus fit contuendi. Nam si illis oculis aliqua peccati macula adlit, jam Deum videre non valent, nec est proportionata potentia ad infinitam Dei bonitatem, ac sanctitatem intuendam, D. Zeno serm. Zeno.

In illis oculis, ait, si habesit festuca peccati, jam Deum videre non possunt. Et Chromantius. Mundi autem cordis, ait, & conscientia puritas nullam nubem ad intuendum Deum parit. Omnis peccati nubecula abigatur, & omnia sint pura, & munda, ut summam Dei munditiam intueti valeamus: nam aliter oculi caligabunt, & non erit gaudium, sed dolor, tanta visione privari. D. Leo in festo omnium Sanct. Merito hac beatitudo, ait, cordis promittitur puritati, splendorem enim veri luminis sordens acies videre non poterit, & quod erit jucunditas mentibus nitidis, hoc erit panna maculosa. Declinamus igitur terrenarum caligines vanitatum, & ab omni squalore iniquitatis oculi terganur interiores, ut serenius intueamur tantum Dei visione pasturam.

Secundò. Hae Dei visio, seu ejus cognitio puris, ac mundis corde Deus, etiam in via communicat. Quod multipliciter potest exponi. Et primò à D. Gregorio Nyssen. lib. de beatitud. orat. 6. Forsitan hoc nobis magnificencia dicti suggerit, quod etiam alius sermo apertius exprimit, ubi dixit: Inter vos est regnum Dei, Luc. 17. n. 2. Ut doceamur, quod qui cor suum ab omni creatura, atque viciosa affectione expurgavit, in sua ipsius pulchritudine, divina natura imaginem intuetur. Qui mundus est corde, in sua munditie, ac puritate quandam Dei imaginem videt, & intuetur, in qua miram suavitatem, ac dilectionem invenit, qua summè delectatur, ac recreatur. Contrà vero peccatori nullum acerbius spectaculum, quam ad se, suamque fecundam conscientiam oculos convertere. Primi parentes postquam peccaverat: Aperti sunt oculi amborum, & cum cognovissent, se esse nudos, Genes. 3. n. 7. vehementi erubescencia afficiuntur, ac torquentur. Procopius, Virtute exuiti, ait, ac libertate erubescabant, cognoscetes in quantum mala ex summa felicitate detructi sunt.

Tertiò. Videtur etiam Deus in via, ut docet D. Thomas, Sancti enim, qui habent cor repletum justitia, vident excellentius, quam alij, qui vident per effectus corporales; quanto enim sunt effectus propinquiores Deo, tanto Deus magis cognoscitur per illos. Unde qui habent effectus munditiae, charitatis, ac justitiae plus percipiunt de Deo, quam qui illis carent, & mundanis rebus indulgent. Nam, ut ait D. Paschas. lib. 3. in Matth. Deum itaque in tantum quis videt, in quantum saeculo moritur. Remitte saecularia, ut Deum videas, intelligas, ac percipias. Claude oculos mundo, ut & mentis oculi Deo aperiantur.

Quando Isaac benedixit Jacob, jam caecus erat, Sinit Isaac, & caligaverunt oculi ejus, Genes. 28. num. 1. Quando etiam Jacob filios, ac nepotes

200.

Summa mundities exigitur ad Deum videndum. Hilar.

Chromant.

Leo.

201.

Nyssen.

Luc. 17.

Purus in sua puritate Dei imaginem videt.

Grave spectaculum peccatori se intueri.

Genes. 3.

Procop.

202.

D. Thom.

Puri per multos effectus divina vident.

203.

Genes. 28.

Gen. 48. Deut. 33.

August. Hieron. Ambros. Chrysost.

Claude oculis mundo, ut divina percipiatur.

Gregor.

nepotes benedixit, jam oculi hebetati erat. Oculi Israël caligabant, prae nimia senectute, ac clarè videre non poterat, Genes. 48. n. 10. At Moyses, cum benediceret filios Israël, Deuter. 33. num. 6. praeceperat, & firmæ erat oculorum aciei: Non caligavit oculus ejus. Deut. 34. num. 7. Sed quæro, Cur Isaac, & Jacob, quando suas dant benedictiones, jam oculorum vis obnubilata erat, & defecerat in Moysè adhuc perspicax, & valde expedita consistebat; Quænam tanti discriminis causa? Isaac & Jacob in suis benedictionibus principaliter magna, & alta mysteria intuebant; Christum aspiciant, profundissimaque ejus mysteria, ac multa divina bona considerant: ut est communis consensus Patrum, D. Augustini, D. Hieronymi, Ambrosii, Chrysostomi, & aliorum. At Moyses in largiendis suis benedictionibus præcipuè ad temporalia populi attendebat; & ea, quæ futura erant in sua terra promissa, considerabat. Quando anima fertur ad temporalia, sint oculi corporei aperti, ut ipsa terrena valeant intueri, atque aspicere: at verò quando spiritus ad Deum, atque ad celestia volat, caeci, & mundo caligantes sunt oculi, ut terrenis clausi, facilius divina contemplantur. Ita de Isaac ait D. Gregor. lib. 4. cap. 36. Isaac, qui caligantibus carnis oculis presentia non vidit, sed per virtutem prophetici spiritus in futuris etiam seculis magna vivendi luce radiavit. Vide sup. n. 47. & 48. & cap. 6. n. 108. 109. & 110.

Math. 5. n. 9. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.

VERSIONES.

- Græcus, & Sy. Beati pacem facientes, & triacus.
S. Optatus Milevitensis lib. 4. Felices pacifici, levitan. lib. 4.

EXPOSITIO.

204. D. Thom. Dilectio Dei & proximi coniunguntur. Altera sententia. Anselm.

205. Quid sint pacifici. August.

Hilarius.

Maldonat.

NOTAT D. Th. quod post beatitudinem, quæ pertinet ad dilectionem Dei, ponit eam, quæ pertinet ad dilectionem proximi, quæ maxime declaratur in seminandam pace inter fratres. Et merito, ut ait D. Anselm. hæc beatitudo septimo loco ponitur, quia in patria dabitur illa pax; nempe in patria dabitur pax summæ dilectionis, & requies, quæ est ipsemet Deus. Beati pacifici. Mundus potius beatos, ac magno judicatur: non qui pacem ferunt, sed qui potenter bellum ingerunt, ac movent. At Christus eos dicit felices, & beatos, qui bella tollunt, & pacem seminant. Pacifici. Primò ait D. August. lib. 1. de serm. Domini in monte. Ij sunt, qui in se ipsis nulla habent bella, sed omnes animi sui motus sunt subiecti rationi. Secundò D. Hilarius in Commentar. Illi sunt, qui injurias facile condonant, ac remittunt. At injurias condonare, pertinet ad mites, vel ad perfectionem iustitiantes; & habere perfectam, & integram pacem in conscientia cum Deo, ad munditiam cordis: vel est communis virtus, ut notat Maldonatus.

Ideo est tertia sententia, quam tradunt D. Cyprianus lib. de unitate Ecclesie. D. Hieronymus, Cyprian. Chrylost. D. Gregor. Nyssen. lib. de beatitud. orat. Hieron. Nyssen. Chromant. Anselm. Alb. Mag. D. Thom. Beda. Theophyl. Leo. Bernard.

206. Quoniam quæ tertia sententia, quæ hic non est prætereunda, quam tradunt Chromant. Theophylact. quod illi sunt pacifici, qui pacem Ecclesie custodiant, tuentur, ac fovent; & per instantiam doctrinae maxime laborant in extirpandis hæresibus, & erroribus, ut hæretici emendentur, & peccatores convertantur; & ad pacem cum Deo, ac Ecclesia reconciliantur.

207. Quoniam filij Dei vocabuntur. Ut interpretantur Chrylostomus, Euthymius, Theophylactus, & Theoph. propterea pacifici tanto nomine filij Dei dicuntur, quod Christum filium Dei naturalem imitantur, qui maxime fuit pacificus, & pacem inter homines, & Deum, & Angelos effecit. Divus Chrylost. hom. 15. Unigeniti hoc opus fuit, distantia copulæ e, conciliare pugnantia. Sed de hoc multa sequenti quaestione.

QUESTIO XXVIII.

Quare in præmium detur pacificis, quod filij Dei vocentur?

QUONIAM omnis iustus per gratiam sit filius adoptivus Dei, tamen quod ut filius Dei ab omnibus cognoscatur, & vocetur, hoc peculiariter à Christo Domino pacificis attribuitur. Et ut optime notat D. Optatus Milevitensis lib. 4. contra Parmeniam. non ait Dominus, filij Dei erant, sed vocabuntur, quod plus est, ut etiam notat Cajetanus; quia ex eo, quod verè vocabuntur, significatur, quod erant. ut est etiam phrasis Hebraica: Vocabuntur, non solum erunt; sed ut tales ab omnibus cognoscantur, itant ipse mundus, qui antea eos stultos reputabat, filios Dei omnium ore confiteatur, & appellet. Valde enim gloriosum est, ut non solum honorem, ac dignitatem habeas, sed ut eam etiam omnes in te cognoscant, ac venerentur. Ad quaestionem: Quare pacificis appropriatur, ut filij Dei vocentur?

Prima quaestioni solutio est ea, quam posui in expositione. Dicuntur filij Dei pacifici, quia imitantur filium Dei, qui fuit pax nostra, & fecit utraque unum, Haymon. Qui filium Dei specialiter in pacis observatione imitantur, verè filij illius vocantur. Secundò D. Thomas, Pacifici filij Dei

206.

207.

208.

Chrylost.

Euthym.

Theoph.

Chrylost.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Theoph.

Chrylost.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.

Chrylost.

Euchym.

Chrylost.

Theoph.



Ephes. 12. Agere de pacificandis aliis officium filij Dei. Deo vocabuntur, quia habent officium filij Dei. Ad hoc enim filius Dei venisse dicitur in mundum, ut congregaret dispersa Ad Ephesios 12. v. 14. Ipse est pax nostra, qui facit utraque unum. Valde notabile, sanctumque munus, dissidentes conciliare, & omnia pacis scedere astringere, ut qui hoc prestant, officium filij Dei habeant in terris.

211. Chromant. Tertio Chromantius, Pacifici, ait, non solum beati, sed digni merito filij Dei vocabuntur, ipsam enim filium Dei Christum imitantur, qui pax nostra est, & societatem nominis eius sortiuntur. Qui paci student, societatem nominis filij Dei sortiuntur. Quid nomen filij, denotat erga patrem, nisi summam dilectionem, ac charitatem parentis in ipsum? Quid genitori dulcius, & charius, quam suus natus? Dum ergo pacifici nomine filij Dei vocantur, ibi aperte declaratur, quod sint summè dilecti, & Deo gratissimi, & quod in ipso viro pacis studio ita delectator, ac perijucundatur Deus, tanquam pater in filio. Ita ait D. Chrysol. serm. 53. Pax voluntas est Dei, jucunditas Christi perfectio est sanctitatis.

212. Glosa. Maxima dignitatem habent Pacifici, sicut qui filius Regis dicitur in domo regia summus est. Aliis promittitur regnum, aliis scilicet mitibus, terrarugentibus consolatio, ac pacificis filiaro Dei, quæ est prima, & suprema omnium dignitas. Quod valde eleganter dicit D. Gregorius Nyssenus lib. de beatitud. orat. 7. Quibus, scilicet verbis, hoc inseparabile beneficium celebratur? Excedit homo suam ipsius naturam, immortalis ex mortali, ex fragili integer, & incorruptus; ex diario sempiternus; in summa, Deus ex homine evadens: nam, cum dignus habitus sit, qui filius Dei fiat, dignitatem Patris in sese prorsus habebit, atque omnium paternorum bonorum heres existit. Quid elegantius dici potest? Pacificus es? tantam dignitatem assequeris, ut Deus ex homine evadens; nam filius ejusdem est nature cum parente; ergo pacis amator, cum filius Dei vocetur, Deus fit; non per naturam, hoc enim est impossibile, sed per altissimam quandam suæ gratiæ participationem. Hanc etiam dignitatem multis celebrat D. Petrus Chrysol. serm. 53. Per eam, ait, pervenitur ad vocabulum filij Dei; mutat apud Deum cum conditione personam, ex famulo filium, liberum facit ex servo.

213. Cyprian. Quinto D. Cyprianus lib. de unitate Ecclesiæ. Christus omnia dona sua pollicitationis, & præmia in pacis servatione promittit. Si heredes Christi sumus, in Christi pace maneamus; si filij Dei sumus, pacifici esse debemus. Aliis beatitudinibus peculiare præmium assignatur? Pauperibus regnum cælorum, mitibus terra, esurientibus saturatio, lugentibus consolatio, ac pacificis dignitas filij Dei: Si filij, & heredes; ut etiam expendit D. Leo in festo omnium Sanctorum. Ergo si pacificis promittitur nomen filij Dei, promittitur etiam jus ad bona paterna. Pauperibus, mitibus ac aliis virtutibus promittitur unum, vel alterum præmium, ac pacificis omnia bona paterna in promissione dantur. Christus omnia dona sua pollicitationis, & præmia in pacis servatione promittit.

214. August. Sexto D. Augustinus lib. 1. de serm. Domini in monte cap. 4. Pacifici Dei similitudo est, tan-

quam perfecte sapientibus; formatique ad imaginem Dei per regenerationem renovati hominis. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Verba hæc alta indagare sunt explicanda. Pacifici vocantur filij Dei, filius sui parentis similitudinem defert; & homo cum sit filius Dei, similitudinem ipsius habet. Si verò quæras: in quo stet ista similitudo? in intellectu, & ratione graves affirmant Patres, D. August. lib. 12. de Trinit. lib. 7. & lib. 83. quest. 51. D. Gregor. Nyssenus orat. in illa verba: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. D. Hieron. epist. 146. D. Thom. 1. part. quest. 93. art. 6. Philo lib. quodam deter. insidiet. prior. Sed quare pacifici peculiariter dicuntur, ac vocantur filij Dei; & inde ejus similitudinem, ac imaginem habere in intellectu & ratione? Pacifici sunt, qui pro conservanda pace, atque tuenda, multa sustinent, & patiuntur; merito ergo, ut filij, peculiariter in intellectu, & ratione Dei imaginem, & similitudinem portare dicuntur, quia prudentiores, & sapientiores majora, ac graviora sufferre, ac supportare callent, & sciunt. Pacifici Dei similitudo est, tanquam perfecte sapientibus.

Jobi uxor contra Deum verba multa jactabat. Job. 1. num. 9. At ipse, quamvis gravissimo ulcere percussus, Deum laudans omnia patienter sustinebat. Job erat sapientissimus, ut colligunt Doctores ex illis verbis: Ecce docuisti multos, 4. n. 3. At mulier quasi una de stultis mulieribus loquebatur, 2. num. 9. Et sapiens æquo animo sustinet. Stulta autem mulier impatiens est. Quod etiam confirmat D. Gregor. lib. 3. mor. cap. 15. exemplo filiorum Sarvæ, qui excandescerant, contra Semel. 2. Reg. 16. n. 9. Cujus tamen maledicta magno animo tolerabat David.

Septimo D. Bernardus, Pacifici, ait, filij Dei vocabuntur, non enim Deus dissensionis, sed pacis, idcirco filios pacis, Dei quoque filios, dignum est, appellari. Omnes justii per gratiam sunt filij adoptivi Dei, tamen pacifici peculiariter ut tales agnoscuntur ab omnibus, & sic omnium ore filij Dei vocantur? Deus est, non dissensionis, sed pacis. Et qui paci student, peculiariter Deum imitantur, & ut filij illius se gerunt, & exhibent, & ejus imaginem repræsentant, & ideo insigniter filij Dei vocantur. Magnopere Deum exprimit pacis studium, ac amor.

Ait Paulus 1. Cor. 15. n. 49. Igitur sicut portavimus imaginem terreni; portemus & imaginem celestis. Sed in quo imaginem celestis portabimus? In studio, ac appetitu pacis, & ut omnia in pace componantur, D. Bernard. in meditationibus cap. 1. Oportet id, ait, quod ad imaginem ejus est, cum imagine convenire, & non in vacuum nomen imaginis participare. Repræsentemus ergo in nobis imaginem ejus appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in amore charitatis.

Post debellatum Draconem victoriæ laudes decantant Angeli. Nunc facta est, inquiunt, salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, quia projectus est accusator fratrum nostrorum, Apoc. 12. num. 10. Sed quid subsecutum est ex hac pugna facilliter superata, & ex gratulatione Angelorum, ac ex tanta proveniente tranquillitate? Accipe D. Gregorium Nazianzenum orat. 52. Perseverunt, ait, in sua dignitate: cujus primum illud est; quod pacati sunt, ac dissidij expertes, quippe qui à sancta Trinitate acceperunt.

acceperunt, ut unum sint. Ex bello illo confecto resultavit, ut in summa pace, ac unione omnes Angeli in animo, ac voluntate unum essent ad imitationem, ac participationem ipsius summæ Trinitatis, in qua tres personæ unum sunt in natura & substantia.

Math. 5. n. 10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

VERSIONES:

D. Nyssenus lib. Beati, qui persecutionem de beatitud. patiuntur propter me. orat. 8.

Atias. Beati persecutione affecti.

EXPOSITIO.

129. Nyssen. TOLERANTIA persecutionum octava est beatitudo. Gregorius Nyssenus. Octava beatitudo, ait, tanquam vertex omnium beatitudinum, in summo gradu boni ascensus posita est. Nam æquo animo persecutiones tolerare, consummationem omnium virtutum ostendit. Et ideo, ut notat Albertus Magnus, ceteras beatitudines cum suo præmio tantum Christus proposuit; ac hanc laborum tolerantiam explicat per partes suas, ut sit sequentibus verbis: Beati estis, cum maledixerint vobis. Unde ait D. Anselmus; Octava, quæ agit de persecutione, communis est virtus, nihilque est, nisi probatio superdictarum. Verus enim pauper in hac fornace probatur, & verus miis, & verus justus, &c. Octavo loco ponitur, quia in hac persecutionum fornace omnis virtus, tanquam aurum in igne, probatur, & clarificatur, ut docet D. Augustinus dandus quest. 30. Et ita ait Paschasius lib. 3. in Math., quod post septem virtutes, post septem dona Spiritus sancti, post septem gradus Esaiæ cap. 40. num. 49. est octavus, qui clarificat: Ut gloria, ait Paschasius, sacra Resurrectionis in Christo; his octo præmiis gradibus consequetur; octava namque Resurrectionis dies est.

220. Beati, qui persecutionem, &c. Sed quomodo is qui persecutionibus pellundatur, dicitur beatus? D. Gregorius Nyssenus lib. de beatitudinib. orat. 8. Revera beatus est, ait, qui inimico ad bonum utitur adjutore. Qui inimico bene utitur, non ut irascatur, sed potius inde motiva elicit, ut in actus charitatis, & amoris Dei, ac proximi prorumpat, jam beatus est. Quod probat ipse S. Pater exemplo Joseph, qui à fratribus insidiis nutritus per venditionem Rex eorum designatus est, Genes. 45. numero. 4. Et exemplo Stephaniorantis pro inimicis: In terris vidit id quod sperabatur, currens enim ei per confessionem ostenditur cælum apertum. Deinde dicuntur Beati per quamdam imitationem, ac consequentiam; quia si ipsi essent de mundo, mundus, quod suum erat diligeret: persequantur ergo à mundo, quia sunt justitia, Syveira in Evang. Tom. 11.

221. Quia persecutionem patiuntur. Non ait Dominus quia labores, tormenta, adversitates tolerant, sed, persecutionem patiuntur. Quod eleganter premit D. Gregorius Nyssenus citato loco. Persecutio, ait, Nyssen. currentis vehementer studium celeritatis significat. Immo vero etiam in currendo victoriam indicat, non enim aliter, currendo quis vincere potest; nisi post se reliquerit eum, qui simul currit. Quoniam igitur & is, qui ad præmium superna vocationis currit, & is, qui propter præmium ab inimico exagitatur, pariter à tergo habent; ille quidem de præmio simul currentem, hic vero persequentem. Persecutio victoriam in cursu denotat; nam dicit animum currentis ita intentam ad metam, ut omnia post se contemnat, ac relinquat, & simul currentes cursu suo superet, ac præcedat; quia justii patientia, ac constantia sua omnes mundi impetus superant.

222. Propter justitiam. Non enim quicumque persecutionem patiuntur, dicuntur Beati, sed qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quæ sit fundata in fide, ac charitate Christi. Nominè autem justitiæ hic intelligitur universè omnis virtus, ut tradunt Philo Carpathius Cantic. 1. S. Eulogius lib. 1. D. Chrylostomus, Bothymius, Carthusianus, S. Thomas, Albertus, & alij. Ac proinde, ut ait Carthusianus, omnes illi hic prædicantur Beati, qui persecutionem patiuntur, vel ob fidem, & bonam conversationem, vel ob veritatem doctrinæ, vitæ, justitiæ, vel ob defensionem aequitatis, vel juris. Immo D. Hilarius ait: Beati, qui persecutionem patiuntur. Perfecta beatitudine eos inveniatur; quibus omnia pro Christo pati, promptus est affectus. Non solum qui actualiter patiuntur, sed etiam qui habent pium affectum persecutiones sufferendi, à Christo beatitudinis præmio manerantur. Et ita ipsum sanctam persecutiones tolerandi desiderium pro persecutionibus appetitur à Christo, ut etiam hi dicantur beati: Ipsorum est regnum cælorum. Propter Christum contempterant mundum; malo majus præmium mando accipiunt. De quo dicam quæstionibus sequentibus.

virtute, ac charitate præditi; ac proinde cum eo mundus sibi superiores virtute agnoscat, inde invidiosus eos persequitur. Chromantius: Non est dubium, fratres, ait, quia bono comes est semper invidia.

221. Quia persecutionem patiuntur. Non ait Dominus quia labores, tormenta, adversitates tolerant, sed, persecutionem patiuntur. Quod eleganter premit D. Gregorius Nyssenus citato loco. Persecutio, ait, Nyssen. currentis vehementer studium celeritatis significat. Immo vero etiam in currendo victoriam indicat, non enim aliter, currendo quis vincere potest; nisi post se reliquerit eum, qui simul currit. Quoniam igitur & is, qui ad præmium superna vocationis currit, & is, qui propter præmium ab inimico exagitatur, pariter à tergo habent; ille quidem de præmio simul currentem, hic vero persequentem. Persecutio victoriam in cursu denotat; nam dicit animum currentis ita intentam ad metam, ut omnia post se contemnat, ac relinquat, & simul currentes cursu suo superet, ac præcedat; quia justii patientia, ac constantia sua omnes mundi impetus superant.

222. Propter justitiam. Non enim quicumque persecutionem patiuntur, dicuntur Beati, sed qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quæ sit fundata in fide, ac charitate Christi. Nominè autem justitiæ hic intelligitur universè omnis virtus, ut tradunt Philo Carpathius Cantic. 1. S. Eulogius lib. 1. D. Chrylostomus, Bothymius, Carthusianus, S. Thomas, Albertus, & alij. Ac proinde, ut ait Carthusianus, omnes illi hic prædicantur Beati, qui persecutionem patiuntur, vel ob fidem, & bonam conversationem, vel ob veritatem doctrinæ, vitæ, justitiæ, vel ob defensionem aequitatis, vel juris. Immo D. Hilarius ait: Beati, qui persecutionem patiuntur. Perfecta beatitudine eos inveniatur; quibus omnia pro Christo pati, promptus est affectus. Non solum qui actualiter patiuntur, sed etiam qui habent pium affectum persecutiones sufferendi, à Christo beatitudinis præmio manerantur. Et ita ipsum sanctam persecutiones tolerandi desiderium pro persecutionibus appetitur à Christo, ut etiam hi dicantur beati: Ipsorum est regnum cælorum. Propter Christum contempterant mundum; malo majus præmium mando accipiunt. De quo dicam quæstionibus sequentibus.

QUESTIO XXIX.

Quare tolerantia persecutionum promittatur regnum cælorum, ut jam de præfenti datum?

Uo breviter inquiri in hac quæstione: Cur huic tolerantia pollicetur regnum cælorum; & non tantum in futurum ostenditur, ut in aliis beatitudinibus, verbi gratia, filij Dei vocabuntur, Deum videbunt, consolabuntur; sed ut de præfenti jam collatum designatur?

Respondeo primò ad primam partem quæstionis, quod valde congruè afflictis, humiliatis, atque oppressis promittitur regnum cælorum, in quo est honor, potestas, exultatio summa, ac